percipitur et christiana religio indesinenter colitur. S et quasi hoc non sufficiat, iteratam manus impositionem superaddicere non

f. 122' pertimescitis. S

a) q. non m. 1. VII. Quod ~~non~~ minor a) culpa, quam iterata consecratio, infra here-

b) heresem denotationis 1. sion denotationis b) inveniatur ammixta. Inf. Incredibile mihi videtur,

c) noxii 3. ut errores, qui non usquequaque obnoxii c) sunt, inter hereticas denota-

tiones annumerari queant. Def. Sanctus Augustinus in libro de heresibus

ita commemorat: Colostiani heretici a quodam Colosmo dicti sunt; qui

dicebant Deum facere mala, contra illud quod scriptum est: „Ego sum

Deus creans mala". Floriniani quoque a Florino, qui e contrario dicebat,

d) D. non c. 1. Deum ~~non~~ creasse d) mala, contra id quod scriptum est: „Fecit Deus

omnia, et ecce bona valde." Ac per hoc, quamvis contraria inter

se dicentes, tamen ambo divinis eloquiis resistebant. Creat enim Deus mala,

poenas iustissimas irrogando, quod Colostinus non videbat; non autem

malas creando naturas atque substantias, in quantum sunt naturae

x) in quo 3. atque substantiae, ubi x) Florinus errabat.

VIII. Adversus eos, qui se excusant dicentes „Inviti denuo in id-

ipsum consecrati sumus." Inf. Si equa lance pensetur sacre or-

dinationis iteratio, non mihi, sed illi adscribendum est, qui me pri-

mam negare et secundam consecrationem suscipere compulit.

Def. O domine universorum magister, quid ad haec dicis. Sinite

illos; ceci sunt duces cecorum; si cecus ceco ducatum praestet,

nonne ambo in foveam cadunt. a F Tu autem vas electionis, per

a) ~~dicis eod~~ quem Christus loquitur, quid b) dicis a): non solum qui prava faciunt,

b) qui 1. sed et qui consentiunt facientibus, digni efficiuntur morte perpetua.

F Ergo iuxta hanc Domini sententiam ad malefaciendum et qui ducit et qui sequitur, caeci sunt, et merito in foveam uterque damnationis cadunt.